

ri posse, ut Cælum terræ sit inferius.

Pseudo-Athanasius in Psal. 103. 3. non obscurius locutus, Audiamus, inquit, quid nos docet Propheta, ut Barbarorum ora obstruamus, temerè prorsus afferentia, Cælum infra terram descendere. Propheta exerit contra illos voce clamat: Dominus extendit Cælum sicut pellim, vel sicut expansum velum. Porro qui expansum velum dicit, hemicyclum exprimit non sphæram perfectam. Quid Isaías 40. 22. Qui extendit velut nibilum? (Hebr. velut cameram) Calos, expandit eos sicut tabernaculum ad habitandum? Cælum planè non gyrat, sed immobile perseverat, juxta Prophetam: Cælum firmavit super stabilitatem suam. Videis Pseudo-Justinum in quaestionebus ad Orthod. q. 93. 94. Severianum Gabalensem orat. 3. de Creat. S. Cæsar. Dialog. 1. q. 97. & 98. Procop. in Genes. Diodorū Tharrensem apud Photium Cod. 223. Theodorum Mopsuestenum apud Joannem Philoponum (t), alioisque permulitos, qui concamerato fornice Cælum terra superimponi autumurunt. Eusebius in Commentario in Psalmos fatur, eam fuisse plurimorum sententiam, ut mundus figura sphærica continerent, terramque velut in sinu Cælum contineret. Sed in Commentario in Isaiam cap. 40. contrariam opinionem tuerit. S. Hieronymus in Epist. ad Ephes. 5. 4. Cælum velut concameratum fornici habentes sultiloquii damnat; sed in cap. 3. 18. insinuare videtur, Cælum latius quam terram non patere; quanquam sphæricum à nonnullis reputari fatetur.

Ex iis, quæ hucfus deduximus, in apero esse censeo, Hebræorum systema, quæ supra exposuimus, fatis conveniente cum systemate veterum Philosophorum; quæ planè simplicissima est hypothesis, pro-

*De Mundi
Opif. lib. 3.
cap. 9. 10.*

IN PROPHETAS PROLEGOMENA

ARTICULUS PRIMUS.

Nomina Prophetarum. Variae notiones vocis prophetare. Varia Prophetarum discrimina.

Prophetæ nomen juxta vim Gre- ci vocabuli virum futura prædicens significat. Olim apud Hebraeos Videntes audiebant; quasi scilicet homines Divina intuentes: *Qui Propheta [Nabi] dicitur bodes*, ait Author 1. Reg. 9. 9. vocabatur olim *Videns* (Roeb); loquebatur unusquisque vadens consulere Deum: *Venire eamus ad Videntem*. Nomen Nabi latissimam habet significacionem; non enim exprimit tantummodum virum futura prædicens, sed hominem etiam à Deo inspi-

ratum ejusque nomine loquentem. Abraham Propheta Domini nomen obtinet (a); sicut & Aaron frater Moysis, qui constitutus fratris sui interpres, ejus ad populum verba exponebat: Exod. 7. 1. Ecce confisi te, ait Deus ad Moysen, Deum Pharaonis, & Aaron frater tuus erit Propheta tuus. S. Paulus eodem titulo ornavit vatem quendam Paganum (b), quod scilicet Paganis Vates fuos ceu viros Divino cœstro afflatos Diisque charos habebant. Factum est etiam, ut abusione quadam viri seductores Divina jactantes, Propheta nomi-

a Gen. 20. 7.

b Tit. 1. 12.
Dixit quidam
proprius eo-
rum Propheta.

ne in Scriptura appellarentur.

Designantur etiam, nec raro, Prophetæ appellatione hominis Dei, Angelii Domini &c. Angelus Domini venisse perhibetur ē Galgalim in locum nomine Bosphorus, ut ad populum verba ficeret [c]. Aggæus 1. 12. se ipsum nominat nuncum, se Angelum Domini. Malachias aduentus S. Joannis Baptista oraculo predicens, Angelum Domini venturum annunciat (d). Tandem inter Prophetas minores novissimus Malachias; nemp̄ Angelii, nomine cognoscitur; cum aliqui ipse credatur à nonnullis (*) Esdras, studio legis & amore notissimus.

Prophetare Hebræorum sermone non est tantum venturi arcana pandere, sed eorum etiam quæ vel nostræ ætate vel elapsa iam tempore, nobis tamē abdita, continguntur.

Isaías 44. 7. &c. Dei virtutem exaggerans,

omnia illi explorata esse dicit, quæ in mun-

di exordio continguntur. Milites Jesu-

Christi oculis velatum carentes dice-

bant: *Propetiza nobis, quis est qui te*

periculisti (a). Cum divini Spiritus cœstro

afflati Prophetæ motibus aliquando agita-

rentur insolitus, ideo moribus usurpatum est,

ut mali spiritus agitatione vexati prophete-

re dicerentur. Ita prophetasse dicitur

in domo sua Saul cum tetro melancholia

spiritu agitaretur (f). Prophetæ etiam

audiebant, quicunque cantare, choreas du-

cere, instrumentis canere novissent. Cum

ingressus fuerit Urbem, ait Samuel ad Saul-

em 1. Reg. 10. 5. 6. gregem Prophetarum

descendentium de excelso obviam habebis,

ante eos Psalterium, & tympanum, & ti-

biam, & citaram, ipsosque prophetantes,

& inflati in te Spiritus Domini, prophetab-

is cum eis, & mutaberis in vorum alium.

Filiis Asaph constituti sunt, ut prophetarent

in eitharis, & psalteris, & cymbalis, 1.

Par. 25. 1. Non raro etiam apud S. Paulum

in eo sensu usurpatum, ut sonet Scriptura

rum sensum pandere, pios fermones infor-

me, verba in Ecclesia ad populum habere

(g). Extraordinarium est quod legimus

Eccli. 48. 14. ubi prophetare est miracula

patrare: *Corpus Elisei mortuum prophetava-*

vit. Prophetasse etiam legimus ibid. 40. 18.

ossa Ioseph; quippe que vades fuissent

factæ ab illo fratribus suis promissionis,

cum morituri superfites ipsos mandatis

oneravit, ut ex Ægypto egredientes osfa-

sua secum in Chanaanitidem deferrent.

Erant etiam apud Prophanos Videntes,

Prophetæ, & Prophetæ, sed diversæ oppid

ā Judæis. Prophetas appellabant Paga-

ni. Sacerdotes Fanorum (b), eos maxime,

qui claris oraculorum famâ aribus infor-

marent, ut Dodoneæ, Delphica, Claria,

rumque.... Olim Ægyptii solebant Videntes nuncupa-

Prophetae, San-

ctæ, caſtæ qui

Inter Videntes recentent Saphim

purant loca. Regem ejusdem regionis (f). Rex Ame-

i Manesba

apud Joseph. 1.

cooptari mereretur, voti compos factus

x. Contra Ap-

lestorum, & impurorum hominum ſe-

k. Idem ibid.

ce purgaret (k). Sacerdotes Ægypti ple-

rique Prophetæ appellabantur, quorum

Differ. Galmet. Tom. I.

vitæ genus durum planè & asperum, stu- diumque describit Porphyrius, seu potius Chæremont apud eundem de Abstin. l. 4. S. Clemens Alexandrinus l. 1. & 6. Stro- matum, de Thalete narrat, consuetudinem habuisse cum Prophetis Ægypti, sicut & Pythagoram præceptorem audivisse Sonche- dem Archiprophetam Ægypti; quem Ar- chiprophetam alibi dicit oīnia vētigalia regionis curasse. De oraculis Paganorum, eorumque, quos vocant, Enthusiastis infra differemus.

Dei Spiritus, quanquam maximè omnium singularis, variis operationibus unus suf-

ficit (l).

Interdum per quietem sese com-

unicat, utlī Abraham, & Jacob, Gen.

15. 12. & 28. 12. Interdum per visum sese

revelat, utlī Iffai 6. 1. Joel 2. 28.

oraculo prænuntiat Judæis futurum, ut

juvenes eorum visionibus Divinis donen-

tar, Senes verò Divina patientur per

quietem. Interdum in extasim rapieban-

tur, utlī Petrus Act. 10. 11. Solebat etiam

Deus in nube apparet, utlī Abrahamo

(m), Job (n), & Moysi (o). Solebat con-

ceptis vocibus loqui: ita è medio rubi

ardentis Moysi locutus est [p]; è medio

nubis Abrahamo (q); per quietem noctis

Samueli [r]. Sed loquendi familiarior ra-

tio intima cordis inspiratio habebatur; cùm

scilicet intimo lumine illustrato spiritu

Prophetarum, deinde voluntas excitaba-

tur, quò auditæ in corde voces prome-

rent. Ita plane veros Prophetas Divino-

que Spiritu afflatos credimus. Scriptores

omnes Librorum Canoniconum Veteris No-

viique Testamenti, sive illi futura pan-

dant, sive præterita, sive suorum tempo-

rum historias narrent, vel tandem mora-

lia ac pietatis axiomata, aut pia quædam

Canticæ scribant.

Tria sunt S. Augustino Præf. in lib. 19.

contra Faust. Prophetarum genera: Pro-

phetæ Judæorum, Paganorum, & Christiano-

rum. De primis satis in Veteri Testa-

mento. Paganorum Prophetæ ipsissimi sunt

eorum Divini, & Poetae. Prophetæ ve-

rō Christianæ religionis mittendi prænun-

ciantur à Jesu Christo ad Judeos Matt. 23.

34. Ecce ego mitto ad vos Prophetas & Sa-

pientes & Sibas &c. De quibus etiam

Apostolus 1. Cor. 12. 28. Posuit Deus in

Ecclesiæ primum Apostolos, secundum Proph-

etas. Porrò viros illorū cognoscimus tam-

quam Authores Librorum Canoniconum,

viros Apostolicos, & lumine ac Spiritu

Dei afflatos. De variis prophetandi ratio-

nibus agit idem S. Augustinus de diversis

qq. ad Simpl. 1. 2. q. 1.

Sextdecim Prophetarum Scripta in Veteri

Testamento exhibentur; quorum priores

quatuor Majores ex amplioribus Lucuba-

tionibus vocantur, scilicet Isaías, Jere-

mias, Ezechiel, & Daniel; duodecim fe-

liqui Minores dicti sunt, videlicet Osée,

Joel, Amos, Abdias, Michæas, Jonas, Na-

hum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zá-

charias, & Malachias. Judæi è numero

Prophetarum Danielē expungunt; quip-

pe cuius conditio commodior fuerit, quām

ut Prophetarum soleret. Sed his Ecclesiæ

SSS mi-

minimè permota, Danielem oraculorum ipius merito inter Majores Prophetas cooptavit.

Unicus vel saltem potissimum Danielis scopus èd tendit, ut maximorum Imperiorum vices, Ecclesia constitutionem predicat. Isaías eloquum meretur Prophetæ miserationem Domini; redditum è captivitate Babylonis nunquam non oggerit, eisque obtentu describit Mundi per Jesum Christum redemptionem. Jeremias totus est in deplorando Patrie sue grumnis, simulque gentis sue captivitate, eodemque est apud Prophetas loco, quo apud Apostolos S. Paulus, destinatus nempe à Deo, ut Prophetam Gentilium ageret, quod ab illo pluribus in locis Oraculorum suorum insinuatum est (*). Ezechiel in situendis, vindicandis, solandisque Iudeis captivis destinatus est, eoque proinde Oracle ejus omnia tendunt.

*s. Jerem. 15. 10.
& 6. 18. &
25. 14. 15.*

ARTICULUS II.

De Vetusate & successione Prophetarum apud Hebreos &c.

Vera Religionis apertissimum argumentum est Prophetæ sinceritas; quare sicut omnium faculorum successioni paruit vera Religio, ita etiam non imparem ætatis vetustatem obtinet Prophetia. S. Clemens Alexandrinus & Origenes hom. 2. in Cant. Prophetarum caput in primo hominum parente constituant, cuius Oraculum agnoscunt in illis verbis Gen. 2. 24. *Relinquit homo patrem, & matrem suam, & adibarebit uxori sua.* In imponendis aptis quibusque animalium naturis & ingenio nominibus singulari se præditum sapientia & lumine demonstravit. Imminenter corrupti hominibus mala Henoch in fragmento Oraculi sui, in Epistola S. Judæa v. 14. 15. servato, prædicta. Noe Patriarcha justitia præco à S. Petro Epist. 2. cap. 2. 5. diluvium prænunciat hominibus, curamque suam omnem impedit, ut errantes ad mentem revocaret, sed frustra (†). Post diluvium Abraham à Deo suscitatus, Prophetæ ab illo nomen obtinuit Gen. 10. (n). Prophetans Isaacus, filii sui Jacob decora atque potentiam prædicti (x). Jacob ad obitum decumbens, futurorum sibi arcana plurima patentia singulis filiis revelavit (y). Josephus à teneris unguiculis prophetia dono claruit; quippe qui futuram potentiam suam per quietem intellexit (z), sicut postea visa ab aliis per quietem accepta divinitus virtute interpretabatur; quod ipsi fortunatum omnium occasio fuit & initium.

Ad id usque temporis verbalis erat Prophetia, vel saltem nihil ejus argumenti scriptum antehac apud Hebreos novimus; sed aliquibus post obitum Joseph annis, cùm veritates senescere, & Patriarcharum Religio è mentibus & cordibus Hebreorum dilabi viderentur, Deus Moysèm suscavit, ut Leges suas rogaret, simulque certam quandam Religionis, & Reipublice

*t. Vide Philon.
Quis rer. Di-
vin. bares,
pag. 517.
u. Vide & Ps.
104. 15.
x. Genesis 22.
27.
y. Gen. 49.
z. Gen. 37.*

formam constitueret. Nemo sanè melius Prophetæ dignitatem præ Moysi sustinuit: Num. 12. 7. 8. *Siquis fuerit, ait Dominus, inter vos Prophetæ Domini, in visione appa- rebo ei, vel per somnum loquar ad illum.* At non talis servus meus Moyses, ore enim ad os loquor ei; & palam, non per angusta & figurata, Dominum videt.

Aaron ejus frater, & Maria soror ambo Spiritu Sancto afflati pariter prophetabant. Moysèm in Prophetæ munere exceptit Ioseph, (†) succedunt deinde Judices, quorum plerosque, eos maxime, qui præclarissimis gestis populi gloriam auxerunt, veluti Othoni, Aod, Samsonem, Barac, inter Prophetas Iudei recentest. Nihil tamen de prophetia Judicis in Scriptura, unâ excepta Deborah, qua prophetasse Scripture apertis verbis asservit (*). Sub Judice Heli, ut legimus 1. Reg. 3. 1. *Sermo erat pretiosus, non erat visus manifestus.* Sed post manifestum Dominum Samuelem, Prophetarum numerus crevit in tantum, ut sub eius disciplina plures simul viverent. Quare à Samuele usque ad captivitatem constans Prophetarum series deduci comode potest.

David utramque dignitatem, Regiam simili & Propheticam, in se uno conciliavit; eoque regnante Gad, & Nathan simili propheticæ dono claruerunt. Salomon parentis vestigia cù in re pressit. Sub eo Rege Addo, Ahias aliquis nonnulli; Semjeas sub Roboamo claruit; Semjeas, inquam, (nisi forte malueris Jeddö sive Addo rem tribuere) qui Jeroboamum vitulæ aureis in Bethel sacrificia offerentem conveniens, verbis minisque castigavit (a). Sub Afa notus est Hanani, & Azarias; sub Josaphat Jehu filius Hanani. Elias, Eliseus, eorumque discipuli frequentissimi Regnum Iuda & Israel sub Achab, & Jezabele illustrarunt; quo simul tempore florebat Michæas filius Jemla (b). Oseeam, & Amos audierunt Jeroboam II. Rex Israel, & Oseeas Rex Iuda; nec ab ea ætate remotus fuit Jonas Prophetæ. Successerunt sub Joathan, Achaz, & Ezechiel Regibus Iuda Michæas, & Isaías; sub Manasse Osai; sub Phacee in Samaria Oded; labente Ezechie Regno, Nahum; sub Josia Jeremias, & Sophonias, sicut & Holda Prophetæ. Jedielias vir Dei notus est ex Jeremias 35. 4. Sicut & labente Josia Regno, atque inuenire Joakim, Habac prodidit.

Ezechiel scribebat in Mesopotamia, quo tempore Jeremias & Baruch Prophetas Jerosolyma agebant. Abdias florebat in Iudea post captam Jerosolynam ante desolationem Idumææ per Nabuchodonosorem. Captivitate Babylonica premente, Daniel suis agens prophetabat. Tobias inter Prophetas jure reputaretur; scribebat autem diu ante Danielem, in Nine, sive in Assyria agens. Aggæus, & Zacharias premente & post exitum captivitatis Babylonice floruerunt. Aliquanto post illos sub Nehemia Malachias claruit. Hunc ordinem adducit rationibus afferemus in Prolegomenis ad minores Prophetas.

S. Epis.

† Eccli. 46. 1.

** Judic. 4. 4.*

*a 1. Regum
13. 1.*

*b 3. Regum
22. 8. 9.*

S. Epiphanius in fragmento apud Coteser. in not. can. Apost. 1.4. c.6. numerat usque ad 73. Prophetas, & 10. Prophetides, 1. Adam, 2. Enoch, 3. Noe, 4. Abraham, 5. Isaías, 6. Jacob, 7. Moysès, 8. Aaron, 9. Jesus vel Ioseph, 10. Heldam, 11. Modam, 12. Job, 13. Samuel, 14. Nathan, 15. David, 16. Gad, 17. Idithun, 18. Asaph, 19. Heman, 20. Ethan, 21. Solomon, 22. Achias, 23. Sameas, 24. Oded seu Hodeth vir Dei, 25. Heli Summus Sacerdos in Silo, 26. Joad, 27. Addo, 28. Azarias, 29. Anani alter Azarias, 30. Jehu, 31. Michæas, 32. Elias, 33. Oziel, 34. Eliad, 35. Jesus filius Ananias, 36. Eliseus, 37. Jonadab, 38. Zacharias aliter Azarias, 39. Alter Zacharias, 40. Osee, 41. Joel, 42. Amos, 43. Abdias, 44. Jonas, 45. Isaías, 46. Michæas, 47. Nahum, 48. Habacuc, 49. Obad, 50. Abdalon, 51. Jeremias, 52. Baruch, 53. Sophonias, 54. Urias, 55. Ezechiel, 56. Daniel, 57. Esdras, 58. Aggæus, 59. Zacharias, 60. Malachias, 61. Zacharias pater S. Joannis Baptista, 62. Simon, 63. Joannes Baptista, 64. Enos, 65. Mathusalem, 66. Lamech, 67. Balaam, 68. Saul, 69. Abimelech aliter Achimelech, 70. Amasa, 71. Sadok, 72. Senex ille, qui Beethel venit, 73. Agabus, de quo in Actibus Apostolorum.

Hæc Prophetidum nomina, 1. Sara, 2. Rebecca, 3. Maria soror Moysis, 4. Debora, 5. Olda, 6. Anna Samuelis mater, 7. Judith, 8. Elisabeth mater S. Joannis Baptista, 9. Anna Phanuelis filia, 10. Maria Dei Mater (b).

Apud Judæos Megillah c.1. numerantur 48. Prophetæ & 7. Prophetissæ. Prophetæ sunt 1. Abraham, 2. Isaías, 3. Jacob, 4. Moyses, 5. Aaron, 6. Ioseph, 7. Phinees, 8. Elchanan, 9. Eli, 10. Samuel, 11. Gad, 12. Nathan, 13. David, 14. Solomon, 15. Addo, 16. Michæas filius Emla, 17. Abdias, 18. Ahias Silonites, 19. Jehu Hanani filius, 20. Azarias filius Oded, 21. Chaziel filius Matania, 22. Eleazar filius Dodo, 23. Osee, 24. Amos, 25. Michæas Morashæs, 26. Amos, 27. Elias, 28. Eliseus, 29. Jonas, 30. Isaías 31. Joel, 32. Nahum, 33. Habacuc, 34. Sophonias, 35. Jeremias, 36. Urias, 37. Ezechiel, 38. Daniel, 39. Baruch, 40. Neria, 41. Sarajas, 42. Machabias, 43. Aggæus, 44. Zacharias, 45. Malachias, 46. Mardochæus. His etiam ad numerum 48. excludunt Hanameel Jeremæ parentem, & Sellum Holdæ virum adjungunt.

Prophetissæ sunt 1. Maria Moysis soror, 2. Debora, 3. Anna, 4. Abigail, 5. Holda, 6. Esther. Adduntur etiam ad septenarium excludunt Obstetrics Ægyptiæ, quas prophetico spiritu afflatae ferunt.

In longa satis & confusa Prophetarum successio, quamvis fortasse quorundam nomina non inepit rescenrentur. Census, quem nos ex Scriptura duximus, certior habendum. Post Malachiam nupsiam Prophetæ apparent, sed Spiritum suum Deus è populo reduxit; quoniam aliqui Spiritu Divino afflati Scriptores aliqui eo tempore spatio prodierunt, utli Author Libri Esther, Judith, Macchabæorum, Sapientia, & Ecclesiastici. Prophetæ Spiritus. Dissert. Calmet. Tom. I.

tu cessante, studium Legis in populo succedit; cum tantò viderentur Legum Divinarum studiores Israëlitæ, quanto olim in illas refractarii. Vetera Oracle satis antehac neglecta in pretio haberit contulerunt, plusque aliquanto contulerunt Prophetæ post obitum suum Religioni conservandæ, quam ante, dum viverent, valuerint. Messia expeditio, quem propediem venturum non dubitabant, oppressos aliosque populos mirè solabatur. Sed eo temporis intervallo id accidit, quod nunquam antehac in Israël; nempe sectarum & sententiarum in rebus Religionis varietas & divisio. Prophetæ ad id usque metu populos continuerant; sed data deinde singulis interpretandarum Legum libertas, populos in partes distractit. Male constituta & superstitiosa traditiones invaleverunt, coepit interpretationes falsæ una & perniciose. Is erat Reipublicæ Judaicæ in tres five quatuor sectas distractæ status, cum Jesus Christus in mundum venire dignatus est. Regulis etiam disciplina moralis corruptissimis utebantur, & dato falsis traditionibus loco, veræ simul recede re coactæ sunt.

ARTICULUS III.

Vita genus, studia, malorum per-
peccationes, & inspiratio Pro-
phetarum.

Nihil in universa Hebreorum Republica augustinus, quām Prophetarum dignitas. Ipsi eis erant Philopobi, ipsi Sapientes, ipsi Prophetæ, ipsi Doctores probitatis ac pietatis, ait S. Augustinus de Civit. 1.18. c.14. Horum sanè præstantissimorum virorum sermonibus & oraculis, Numinis majestas sub ipsis velut Israelitarum oculis ponebatur. Erant veluti objecti aggeres pro Religione adversus Principium impietatem, privatorumque hominum pravos, & corruptissimos mores. Vita genus, affectus, & sermones, omnia ad institutionem & Propheticam agendi rationem conserbabant. Suscitabant à Deo in medio populi, ut essent apertissimum præsentia sua atque viva sua voluntaria documenta. Accidebat non raro, ut ea quæ Prophetis contingebant, oracula essent eorum, que universæ genti imminebant. Querenti Jeremias de communianibus in se persecutum adversariis, Dominus respondit cap. 15. 19. 20. 21: *Si converteris, convertam te, & ante faciem meam stabis, (nempe liberabo te) & si separaveris pretiosum & vili, (nempe si verbis meis & vocationi ad manus Prophetæ, ut par est, detuleris) quasi os meum eris. (nempe voluntatum mearum interpres) Convertentur ipsi ad te, & tu converteris ad eos. Et dabo te populo huic in murum areum fortis, & bellabunt adversum te, & non prævalebunt, quia ego tecum sum, ut salvem te.* Vide etiam Isa. 49. & 50. & 61.

Quanquam Prophetarum magna esset in Populo authoritas, eorumque dicta certa-

tim